
P R A E F A T I O.

istud praestare voluisse, non fuisset **Oratio** habenda, sed molis haud exiguae liber conscribendus. Hoc vero eo minus indigemus, quo copiosius, si non omnes, principes saltem, quos breviter commemoravi, Theologи ab aliis, qui in additis Notis indicati, imo aliqui a me ipso in Athenis Lubecensibus, descripti sunt & collaudati. Quare selectis, quas, pro instituti ratione, dedi, observationibus Lector erit contentus. Has ut dare potuerim, iuverunt me variae, quas legere & ex iisdem instituto meo inservientia excerpere mihi licuit, Epistolae, tum aliae, passim a me laudatae, tum potissimum eae, quas honoris causa nominatus **GERCKENIVS** benebole mecum communicavit. Affervat ille nimirum copia haud exigua Epistolae, ad Curores Stipendii Schabbeliani a NIC. HENR. BOLTIO, IO. BOTSAACCO (**), BARTHOLD. BOTSAACCO, ALBERTO ELERS, AVG. HERM. FRANCKIO, BRAND. HENR. GEBHARDO, PHIL. LVD. HANNEKENIO, HERM. von der HARDT, ADAM. HEROLDO, THOM. HONSTEDTIO, CHRISTIAN. KORTHOLTO, HECT. GODOFR. MASIO, HENR. MVHLIO, MEN. MÜLLERO, SEBAST. NIEMANNO, IO. WILH. PETERSENIO, CASP. HERM. SANDHAGEN, IO. GABR. SANDHAGEN, IVST. CHRISTOPH. SCHOMERO (**), ADAM. TRIBECHOVIO, MICH. VERMEHREN, WILH. VERPOORTEN, IO. IOACH. WOLFIO, WILH. ZESCHIO, & pluribus, olim scriptas, e quibus multa comperi, quae aliunde cognoscere

(**) Is Epistolae cuidam, in causa matrimoniali D. DAV. LAGI, Professoris Gryphiswaldensis, a coniuge seu eti, petitoriae, quam per alium ad D. DAV. GLOXINIVM, Consulem Lubecensem, scribendam curavit, manu sua subscripsit: *Generos. Nobiliss. V. Magnific. cliens ob servantiss. & cultor perpetuus, Johannes Botfaccus, Stipendii olim Schabbeliani alumnus, iam Ecclesiae Gedanensis ad D. Mariae Pastor, aetatis LXVIII. suppl. petit XXI. Octob. 1667. Gedani. mppia.*

(***) Huius quaedam Epistolae Gallica lingua scriptae sunt.